



Caja  
A-44

~~8-1-7-9~~ ~~7-7~~

# ANIMADVERSIONES

quibus Iudices attendere oportet in causa  
 Doctoris Molina, et in censura eius  
 libri de concordia, ut eiusdem  
 innocentia & doctrina  
 sanitas appareat

(8)

Ocasione controversia exorta his diebus de sufficientia et efficacia gra-  
 tiæ de libertate arbitrii, multa obiecta sunt contra librum de concordia li-  
 beri arbitrii, cum donis gratia etc. Doctoris Molina, siue nomine eius ex-  
 presso siue suppresso, His tamen circumstantiis adiunctis ex quibus fa-  
 cile intelligatur, esse contra illum obiecta, Ex his autem plerumque omnino  
 falsa illi imponuntur, siue quod ea prorsus nunquam dixerit, siue quod  
 obiectorum auctores ipsius Doctoris Molina veras propositiones, additis  
 s. deoratio aliquibus particulis ita mutauerint, ut alia omnino propositi-  
 ones sint, aliumq. sensum, eumq. falsum præ se ferant. Nonnulla etiam  
 tamq. improbabilia, s. aliqua mala censura digna obijciuntur auctori, quæ  
 si vera ab illo scripta sint, nulla tamen ratione improbabilia iudicari debent.

In his obiectiombus illud est obseruandum in primis earum, quæ etiam  
 nunc opponuntur Doctori Molina aliquas non paruas et eas præ-  
 cipuas et quæ totius libri materias attingebant oppositas fuisse  
 eidem auctori olim apud serenissimum Albertum Archiducem  
 Austriacum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem, ac Regni His-  
 pania generalium inquisitorem apud supremumq. senatum san-  
 ctæ inquisitionis eiusdem Regni eo prætextu, quod ea essent quæ in  
 supremo senatu sanctæ inquisitionis castella prohibita fuerint, ne  
 docerentur donec se maturius considerata de illis ferretur iudicium.

At, esto ex aduersariorum confessione verum sit eas delatas fuisse  
 se in Castellanicum senatum, tamen verum non est propter eam  
 delationem, doctrinam Doctoris Molina aut cuiuscumq. alterius qui  
 idem ac ipse docuerit circa materiam earum propositionum, fuisse  
 se aliquo modo prohibitam, quin potius postea publice in Castella

2.  
eam multi docuerunt, tum Salamantico, tum in alijs publicis uni-  
uersitatibus s. collegijs. imo in multis generalibus et Provincialibus  
capitulis diuersarum Religionum, ut in capitulo generali s. Francisci  
s. Benedicti. in Provinciali s. Augustini, et Carmelitarum appro-  
bantibus eisdem capitulis, ac eorum Magistris et Praelatis in pu-  
blicis conclusionibus eam defendendam susceperunt. Quo fit ut  
doctrina auctoris circa ea ad quae pertinent illae propositiones. in cas-  
tella non solum a grauissimis Religionibus. et vniuersitatibus plu-  
rimisq. sapientissimis viris a quibus s. quibus astantibus defense  
sunt, sed etiam iam olim a supremo sanctae Inquisitionis senatu  
eo approbatae sint, quod cum ad illud ut aduersarij fatentur  
sine delata etc. (ut devigilantissimis Patribus eiusdem senatus  
credere par est, quod et re vera eisdem Patres praestitisse est notissi-  
mum) ea cura ac diligentia, quam et delatorum auctoritas. et rei  
grauitas exigebat examinata. doceri nihilominus et publice defen-  
di deinceps sicut antea permissa est.

Quod autem ad Lusitanum tribunale sanctae Inquisitionis atti-  
net non solum in sua prima editione iuxta formam ordinariam  
illius regni ab eodem senatu libera probatus est, verum propter earum  
propositionum denunciationem quam supra reculimus in Regno  
Castella delatam a serenissimo Archiepiscopo Alberto Cardinali ac gene-  
rali inquisitore ab eodemq. senatu libera in primis retractus deinde  
de eisdem propositionibus quae in denuntiatione continebant specialiter  
examinatus est. et in contradictorium iudicium auctor ipse vocatus  
ut Obiectis propositionibus responderet obiectiombus autem et respon-  
sionibus accurate discussis, tandem supremus ille senatus pro-  
nunciavit nihil proxius esse cur liber impediret, cuius rei prae-  
testimonium publicum totius fere Lusitaniae fidem facit si bullas  
quem ipsemet auctor post scripsit et sub hoc titulo (appendix ad con-  
cordiam) de eius supremi senatus licentia ut de totius rei veritate  
constaret in lucem dedit. ibiq. rem totam primo narrauit in pro-  
mo deinde Obiectiones earumq. responsiones scripsit, in quo nonnulla  
precamus Iudices ut attendant contra quasdam aduersarioꝝ impositiones.

Primum propositiones quae tunc oppositae sunt auctori summas esse  
omnium fore, quae nunc illi eius aduersarij obijciunt. Haec enim sunt op-  
positiones in tribus Obiectionibus contentae.

In prima Obiectione sequentes propositiones continentur

Prima propositio. Deus non omnes actus bonos morales praevideat in singulari nec praediffinit, ut fierent hii et nonne sed illud praevideat Deus illos determinandos a libero arbitrio creaturae. quarta propositio est. aliqua bona fiunt in tempore a nobis quae non sunt praevista a Deo. quinta propositio. Deus non praevideat nec determinat numerum omnium rerum singularium sibi gratia bonum, et formicarum etc.

In secunda Obiectione continetur tertia propositio quae sic habet. Deus praevideat me loquutum, non quia praediffinit ut ego loquerer, sed quia ego eram locutus. ideo praevideat me locutum, et infra eandem sextam et septimam propositionem commemorans, Obijcientis verba refert quae sic habent. Et cum auctor praevidentia, quae conividentiam habet velle seu voluntatem, excludit ab actibus moralibus non enim credit (v. g.) me loqui quia Deus praevideat me locutum consequit ut non credat me loqui, quia Deus me non loqui voluit et habetur in secunda propositione, et cum ita excludatur de operatione libera ut eam per praevidentiam non velit, excludatur etiam, ut eius operationis causa non sit, neq. determinet voluntatem humanam ad operandum ut habetur in sexta et septima propositione, et ut bene perspecta, ex auctoris sententia omnes simul propositiones facili opera deduci possunt, cum verum eandem doceant doctrinam.

In Tertia Obiectione continentur sequentes propositiones. Decima propositio. ex duobus hominibus, iniustus cum aequali auxilio Dei unus agit paenitentiam seu convertitur, et iustificat, et alter manet in peccato. Duodecima propositio. Auxilium quod sufficiens dicitur, illud idem aliquando ea ratione vocatur efficax, quod homo illo praevidenter utens cooperatur ad effectum unde statim patet. duos praevidenter homines aequali auxilio quorum alter nihil cooperatur quia non vult alter vero cooperatur, cuius cooperatio principaliter reducit in gratiam, pro undecima propositione ait obijcens et ex hac sententia sequitur quod in undecima propositione assertum est. nam cum de auxilio sufficiens loquatur, ait, nec ut tale auxilium recipiatur semper in homine, oportet quod sit efficax, secundum peculiarem effectum pro vltima propositione sic ait obijcens, quod ~~ait~~ in vltima propositione ambrosius bene docetur cum dicitur ad iustificationem impij, non esse maiorem praedeterminationem ex parte Dei quam ex parte voluntatis humanae.

2º quod observandum praecavimus. est eisdem propositionibus obijcens

4  
autorem respondere non nois, au super aditis interpretacionibus  
sed solum ex verbis eiusdem libri de concordia in quibus satis superq  
explicita sunt. qua ad plenam satisfactionem praedictarum Obiectionum  
pertinebant ut ex eodem appendice constabit. ubi verba eiusdem Libri  
de concordia in Obiectionum satisfactionem ad verbum recitata sunt  
libriq omnia loca in ipso appendice citata, unde defensionis verba trans-  
cripta sunt. ut facile haec cum illis conferens lector. sui veritatem  
intueri possit.

Ter. omnes praedictas propositiones. tunc Obiectas falso fuisse im-  
positas auctori. unde et ipse in responsionibus non eas admittit ut  
explicet. sed oppositionem negat falsitatemq opponentis. Statim sten-  
dit ex verbis eiusdem libri ~

De Prima igitur Obiectione et propositionibus omnibus in ea con-  
tentis sic ait in appendice. pagina 9. in primis verba mea nullas  
harum propositionum continent. sub terminis quibus referuntur (sic  
siquido constat) neq etiam sub alijs. cui statim patet

De propositionibus contentis in secunda Obiectione. De tertia pro-  
positione. qua in obiectione primo loco posita est. sic ait in pagina. 9.  
Ante quam ostendam multum discriminis esse inter meam doctri-  
nam et tertiam propositionem qua mihi etiam immerito imponit &  
De secunda qua in obiectione etiam secundum locum habet. sic ait  
pag. 23. Certe nihil horum legitur in meo opere. De sexta autem  
et septima. qua vltima sunt in obiectione. sic ait in eadem pagina  
23. in fine. Attendat etiam qua probabilitate specie mihi attribui-  
at sextam propositionem qua sic habet & 7. et septimam qua habet  
ett. et statim de alia quadam propositione quam colligebat obji-  
cienti ait. Vbi quisp legit me excludere providentiam divinam ab  
operatione libera etiam flagitiosissima

Demum de 3. Obiectione. quod attinet ad decimam proposit<sup>o</sup>  
qua Obijctur in appendice pag. 29. et est in prima Obiectione si com-  
paretur cum propositione ipsius Libri de concordia pag. 92. quam  
Obijctens citat. longe diversam esse constat. nam Obijctens hanc  
nudam propositionem falso obijcit. ex duobus hominibus inuisib<sup>l</sup>  
cum aequali auxilio Dei. unus agit penitentiam ett. et alter ma-  
net in peccato. at propositio Libri pag 92 sic habet fieri potest  
ut duorum. qui auxiliis interioribus a Deo vocantur. unus pro li-  
bertate sui arbitrij conuertatur & 7. Quanta sit autem harum  
propositionum divergentas. patet. quia propositio Obijctentis

30 29

Loquitur de auxilio absolute et nude quare ut minimum  
distingueda est ut intelligatur solum de auxilio gratis praesenti  
enti, ne excludamus ab operante auxilium concomitans. et  
proposito libri exprasse loquitur de aequalitate in auxilio varia  
tionis solum ait enim qui aequali auxilio interiori a deo operant  
Unde omnia explanatione qua ex toto contextu illius quaestioni  
summentur manifestissime, nempe quod loquitur de aequalitate  
in solis auxiliij praesentibus adhuc ex ipsis formalibus tex  
tibus propositionis, in verus eius sensus constat. De propositione  
vndecima, eiusdem obiectiōis tertia, et qua in eadem obiectiōe  
tercio loco posita est sic habet in appendice pag 23. versiculo quan  
tum. Quantum vero in ea doctrina ab vndecima propositione  
dicit, nemo est qui non videat. De propositione decima tertia  
qua quantum et vltimum locum habet in obiectiōe ibidem  
versiculo, quod sic ait, quod ad decimam tertiam propositionem  
attinet etc. quantum mea doctrina ab ea propositione dicit  
praeter haecenus dicta, componitur ex pag. 221. et 222. &c.

Hac itaq a iudicibus observari precamur humiliter ac  
obtemperare, ut hinc duo citatissime constat primum est  
morem esse adversariorum huius libri falsis accusationibus, sub  
non solum apud vulgus, sed etiam apud gravissima tribunalia,  
infamare. Sic enim fuisse in tribunali Lusitano constat, ex eo  
quod responsiones Molinae in quibus falsas ostendit eorum impo  
sitiones approbata in eodem iudicio sine et iurata illas absolutus  
et liber et autor fuerit. Unde et idem modo faciunt, si ut ipsemet  
non semel neq obicure significaverunt easdem propositiones in Lu  
sitania oppositas, quas sub nomine doctoris Molinae, quasi in  
eius libro concernas iterum in vulgus iactant in tribunal. ~~et~~  
inquisitionis castella. Et etiam ad summum Pontificem detulerunt  
2<sup>o</sup> et libri doctrinam circa materiam earumdem propositionum  
in specialis et contradictorio iudicio, accurate examinatum ab illis  
integerrimo tribunali, sanam et integram repertam fuisse. Et  
quod constat ex proximo eiusdem appendicis quod sic habet: et  
quamquam dubitationem excitatam ne inualesceret, compri  
mebat approbatio gravissima, quam tunc suprema tribunalia,  
inquisitionis in Lusitania Regis, sonatus, castella et A

6.  
Aragonia tulerant, ne tamen veritati deessent obiectiombus oppositis  
ita respondi ut responsionibus accurate examinatis, senatus supremus  
pronuntiavit, nihil proxius esse cui liber impediretur.

Verum qui eiusdem auctoris cuius causa agitur testimonium  
suspictum habeat, attendat obverso libellum appendix de licentia  
eiusdem supremi senatus editum fuisse, eamque licentiam quae in  
principio libri habetur a tribus iudicibus eiusdem supremi senatus  
scilicet Georgio serrão, Antonio de Mendoca, Didaco de Sousa  
fuisse subscriptam. Nequomodo ipsi iudices libellum approbassent si  
contingens subscripsissent, ut typis mandaretur liber in quo rei quae  
ante ipsos acta est historia narratur, si narratio ipsa fuisset rei ve  
ritati dissimilis? Porro licentiam falsa conscriptam ac in libello  
certi auctoris, et sub nomine cuiusdam Typographi, quorum uterq;  
tunc in eodem Regno publice versabatur toti regno Portugaliae coram  
eiusdem iudicium oculis divulgatam fuisse et per tot annos tollerari  
tam qui nisi amens omnino sit dicere audeat.

Est igitur rei veritas constantissima qua haec summa continet  
totam doctrinam qua nunc in suspicionem ab adversariis vocatur  
ad remissivum Altorum eiusque supremum senatum inquisitionis su  
sceptam. (forte ab adversariis ipsi ut facile conijci potest) delatam propositi  
ones praecipuas et quae totam materiam attingebant obiectas ipsi responsiones  
datis, causam totam accurate examinatam, responsiones quae obiectiones  
falso, impostas fuisse contendebant, veras repertas, ac proinde obiectiones  
ipsas adversariorum falso impostas depraesas. Doctrinam libris sanam  
et tutam iudicatam, librum denique integram, nulla proxius in eo mut.  
aut emendatione fieri praecipua vitalem et dignum existimatum qui in  
omnium manibus versaretur. At tandem iudicium doctoris Molinae ab  
adversariis factam eam visam fuisse, cui publicam satisfactionem subscip  
tionibus supremi senatus confirmatam opponi expediret pro ut in appendix  
additione opposita est.

Ex quo tandem sat fuisset novis accusationibus earumdem propositionum  
nihil aliud respondere, nisi eas fuisse de quibus iam in eodem tribunali sub  
tanto praeside eoque vigilantissimo, contra adversarios iudicio Liber fuisse ab  
solutus, et illas quidem totius novae accusationis summam continere, et  
nim sicut tribunal adversum sit, subitum tamen esse nequit, quoniam iudi  
cium animos huius supremi senatus, omnino pararet, vigilantia et in  
tegritate illius tribunalis optima existimatio, eamque doctrinam sanam  
reputare quae in illo post accuratam examen sana et integra reperita



Est. quod si ad novum examen et propositionum earundem novam disputa-  
 tionem et dispersionem veniendum sit. nec cece fuerit eadem responsiones  
 rectoris quibus Molina respondit, quae enim tunc plane sufficere visa sunt  
 easdem nunc vim eandem habeburas esse, dubium non est. Eademigitur  
 Doctoris Molinae responsiones breviter insinuavimus, quas latius iudices in  
 eodem appendice videre poterunt. Ex cuius etiam inspectione apparebit  
 se et sine aliqua probatione, s. veritatis colore ab adversariis iactatum  
 fuisse Doctorem Molinam, iussu eiusdem senatus pro libri explanatione ap-  
 pendicem addidisse. etenim ex primo. ex ipsorum licentia ordinatio tenore  
 qua typis liber mandatus est satis constat, cum nullo precepto coactum sed  
 ordinaria permissione obtemperata sua voluntate addidit fuisse appendicem  
 aderi. ut infamia, quae ex oppositionibus divulgatis in alijs provincijs fieri  
 posse proculius facilius, occurreret rerum historiam narrans, et obiectioes ip-  
 sas ac responsiones, propter quas liber est abstrictus, referens.

Illud tandem advertendum has obiectioes ex varijs occasionibus nos  
 reprehendisse, alias quidem ex scripturis accepimus. s. Didaci Nuno publice  
 & cathedra dictatae in quibus erronea quaedam falso imponit Dr. Molinae,  
 alias ex assertionibus typis mandatis, quas primum in quodam publico con-  
 sensu ipse expresso nomine contra Dr. Molinae doctrinam specialiter in mat.  
 de aequitate & inaequalitate auxiliorum eius qui convertitur, cum eo qui  
 non convertitur, se defensuram promissit, post per suos vbiq. divulgavit, in  
 quibus eas propositiones, ad has de concordia liberi arbitrij, cum gratia, praes-  
 cientia, providentia, praedeterminatione, et reprobatione, spectantes, quae falsi-  
 tatis, indefensibilitatis, improbabilitatis nota designavit, tamq. Dr. Molina  
 non habere voluisse praeter eius praecedentem promissionem ac publicam non  
 solum extorcorum, sed suorum etiam voces, s. ex eo solum conijci posse  
 quod cum eadem propositiones ab ipso earratione praemissis, temeritatis  
 erroris, & haereticis, nota invicere tentaverit, ab his consensu, ab hoc sacro  
 senatu prohibitus, Neq. unquam etiam post magnam contentionem  
 eadem propositiones aliter eas notare permisisse, alias ex adversariis  
 libris excepimus, alias demq. in varijs locis iactatas a fide dignis cog-  
 novimus, quibus omnibus, ut in unum collectis respondendum duximus  
 quod non solum coniecturis habeamus, sed et publica fama doceat in nu-  
 meras propositiones in hoc sacro tribunal fuisse delatas, eas autem  
 quas modo diximus, aperta coniectura est.

Propositiones autem quod proximo sine, et inventas sedes distulit, facilius  
 possunt a iudicibus inveniri in varia capta, veritate naturam rei, ordinemq.  
 doctrinae distulimus, primum videlicet de praesentia, 2<sup>o</sup> de providentia et con-  
 curre causa, 3<sup>o</sup> de secundis, 4<sup>o</sup> de gratia, et eius necessitate, 5<sup>o</sup>

De liberi arbitrii comparatione ad gratiam. 6<sup>ta</sup>. De alijs varijs probatio-  
nibus qua non potuerunt commode ad certa capitula reduci?

Respondemus autem qua fieri possit breuitate praesertim ad aliquas  
obieciones quibus quod exumfama ad ipsum Doctorem Molin. perue-  
nerit idemmet Doct. latius respondit scriptis aliquibus qua huic san-  
cto tribunali obtulit, tum ut sibi obiectis a Magistris Dominis Dones  
et Magistro Zumel satisfaceret, tum etiam ut illorum doctrina  
periculum ostenderet qua omnino videndo precamur

(9)

Responsiones ad ea qua obijciunt  
contra librum D<sup>ni</sup> Ludouici de  
Molina de concordia liberi  
arbitrii cum domi gratia.

Caput primum de his qua perti-  
nent ad scientiam Dei

Occasione controversia exorta his temporibus de sufficientia et effi-  
cacia gra. et de modo quo liberum arbitrium mouetur a gra. effica-  
ci plura obiecta sunt contra librum Doct. molinae de concordia grae  
cum libero arbitrio, interdum quidem expresso nomine, interdum vero  
supposito nomine auctoris, qua tamen facile intelligantur contra illud  
Obiecta fuisse, quorum sane aliqua dicuntur ab auctore, sicut illi obijci-  
unt, qua quod probabilia sunt, nulla censura digna exant, alia vero  
(qua multa plura sunt) falso illi imponuntur, detracti videlicet a  
contextu aliquibus particulis, sine quibus diuersus sensus reddatur  
quorum omnium oportuit breuim rationes reddere, quod suspicis sic  
fluxima illorum ad sacrum tribunal fidei delata fuisse, quo autem faci-  
lius inueniri possit responsio cuiusq. obiecto propositionis, in certa capita  
illas aggressimur, pro ratione materiae ad quam pertinent

obiecto 2<sup>o</sup> falso ingesta

Responsio

Scientia visionis non dicitur proprie fuisse ab aeterno in Deo de futuris, sed duob  
res sunt factae in tempore, pag. 290. et infert sententiam D. Thom. esse periculosa  
dum ponit scientiam visionis coeternam ab aeterno. 1. par. q. 14. ar. 13. disp. 14. ca. 2.  
col. 4.

Utumq. falso tribuitur auctori, qui in eisdem locis, pag. praeced. 289. dicit falsa  
allegatione ad tempus in Deo proprie esse praesentia, quia res sit tempore  
infinito ante quam sint neq. eo quod producant postea res variatis aliqua  
fuit in diuina scientia. Deinde vero pag. 290. quoniam Aug. et Ansel. dice-  
rant


obiecto 2<sup>o</sup>  
positam  
et postea  
in conclus  
gouanti

Resp.

obiecto 2<sup>o</sup>  
posita

Resp.

rant





5

Handwritten text in a cursive script, likely a name or title, which is significantly faded and obscured by dark stains and paper damage. The text is oriented vertically along the spine of the book.

No. Pair  
A-HH